ALterum vero illius imperatoriæ providentiæ ſpecimen: quod cum videret Romanas divitias, in peregrinas ac ſumptuoſas veſtes, ſericas, Aſſyrias, Babylonicas, atque Italicas, vario ac ſolerti artificio confectas effundi: decreto ſanxit ne quis ſubditorum iis uteretur, niſi ipſe, quisquis eſſet, cum omni familia in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet: ſed iis contenti eſſent, quas Romanæ provinciæ, ac manus præberent. Neceſſariarum enim rerum uſus eſt immutabilis: & ſubditi quantum licet, principum ſequuntur cupiditates, idque lex eis eſt & honor, quod principibus viſum fuerit. Proinde cernere erat illa quoque breviſſimo tempore viluiſſe: nobilitatis autem limites Romanis veſtimentis definitos: & divitias domo, quod ajunt, domum ferri.

MICHAELIS PALÆOLOGI.

De primatu, & appellatione & commemoratione Papæ Romæ.

PRoinde tot difficultatibus circumventus Imperator, ac pene ad deſperationem compulſus, legatos ad Papam mittit, de ineunda veteris & novæ Romæ eccleſiarum concordia, modo Caroli [1] expeditionem averteret. Ea legatio a Pontifice benigne audita eſt: qui ea ſe facile, quæ Imperator petiviſſet, confecturum eſt pollicitus: ſtatimque ſuos legatos illis adjungit, qui concordiam conciliarent, atque amplecterentur. Cujus hæc tria [2] capita fuerunt. Primum, ut in ſacrorum voluminum hymnodiis, Papæ cum quatuor aliis patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuivis Romam veterem, quæ curia major & perfectior eſſet, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur.

INCERTI IMPERATORIS.

De epiſcopatibus detentis a laicis.

EPiſcopatus quidem epiſcopis nullo tempore claudentur, quominus qui electi ſunt, ad ea revertantur: quemadmodum & in Megarenſi epiſcopatu factum eſt, qui tot annis quot hominum memoriam excedunt deletus extinctusque fuerat, & per juſſionem Imperialem, ſynodalemque actum metropoli Athenarum paulo ante rurſus ſervatus eſt.

1 Andegavenſis. 2 Papa Romanus Primatum Orientis conſequitur, & in quibus conſiſtat potiſſimum primatus.

CANONES [1] SANCTORUM
ET
VENERANDORUM APOSTOLORUM.

PER CLEMENTEM A PETRO APOSTOLO ROMÆ ORDINATUM EPISCOPUM, IN UNUM CONGESTI.

GREGORIO HALOANDRO [2] INTERPRETE.

EPiſcopus a duobus aut tribus epiſcopis ordinator [3].

2. Presbyter ab uno epiſcopo ordinator [4], item diaconus, & reliqui clerici.

3. Si quis epiſcopus aut presbyter, præter ordinationem Domini, quum de ſacrificio inſtituit, alia [5] quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino ſiceram [6], aut confecta quædam, aut aves, aut aliqua animalia, aut legumina ſupra altare obtulerit [7], ut qui contra ordinationem Domini faciat, deponitor: excepto novo frumento, & uva opportuno tempore. Præterea licitum non eſto aliud quippiam admovere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incenſum oblationis tempore.

4. Omnium [8] aliorum pomorum primitiæ [9] epiſcopo & presbyteris domum mittuntor, non ſuper altare. Manifeſtum eſt autem, quod epiſcopus & presbyteri inter [10] diaconos & reliquos clericos eas dividunt.

5. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus uxorem ſuam prætextu [11] religionis non abjicito: ſi abjicit, ſegregator a communione: ſi perſeverat, deponitor.

6. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſeculares [12] curas non ſuſcipito, alioqui deponitor [13].

7. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſanctum diem paſchæ [14] ante vernum æquinoctium cum Judæis celebraverit: deponitor.

8. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex ſacerdotali conſortio oblatione facta, non [15] communicaverit: cauſam dicito. Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam qui populo autor offenſionis fuerit, mota contra [16] eum ſuſpicione qui obtulit.

9. Quicunque fideles eccleſiam ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, neque apud preces [17] & ſanctam communionem permanent [18], eos tanquam, qui ordinis in eccleſia perturbationem inducant, a communione arceri oportet [19].

10. Si quis cum [20] excommunicato [21], licet in domo, preces [22] conjunxerit: iſte communione privator.

11. Si quis cum depoſito clerico, ut [23] cum clerico preces conjunxerit, deponitor & ipſe.

12. Si quis clericus aut laicus a communione ſegregatus, ſeu non dum in communionem receptus, ad aliam profectus civitatem, ſine commendatitiis [24] literis receptus fuerit: a communione excluditor, tam qui recepit, quam qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

13. Epiſcopo qui parochiam [25] ſuam dereliquerit, alteri inſilire [26] nefas eſto, licet a pluribus [27] ad hoc compellatur: niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat, nempe quod plus lucri & utilitatis his, qui illic conſiſtunt, verbo pietatis conferre poſſit: neque hoc tamen a ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum judicio & exhortatione maxima.

14. Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum conſortio, relicta parochia ſua in aliam conceſſerit, & omnino tranſmigratione facta præter voluntatem [28] ſui epiſcopi in alia parochia moram traxerit: hunc jubemus, ne porro in miniſterio publico ſit eccleſiæ, maxime [29] ſi accerſente ipſum epiſcopo ſuo, redire contemnat, perverſo illic ordine perſeverans, ut laicus tamen ibi locorum in communionem admittitor.

15. Quod ſi epiſcopus [30] ad quem acceſſerint, pro nihilo reputata vacationis a miniſterio eccleſiaſtico pœna, quæ contra eos definita eſt, ipſos ut clericos ſuſceperit: a communione excluditor, ut perverſi ordinis magiſter.

16. Qui poſt [31] baptiſmum duabus [32] implicitus fuit nuptiis, aut concubinam [33] habuit: is epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

17. Qui viduam [34] duxit, aut divortio ſeparatam a viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata ſit ſpectaculis: epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

1 Hi canones non obtinent in Gallia. Imbert. 3. *Inſt.* Goth. Neque probat ſedes Apoſtolica, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt. Ab hæreticis enim Apoſtolorum nomine compoſiti dignoſcuntur. *c.* 3. *diſtinct.* 15. & *c.* 2. *diſt.* 16. A. Cont. *lect. Subciſiv. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. *in fin.* & *num.* 5. Anſ. 2 Alia extat editio Canonum apud Photium & Balſamonem huic in multis diſſimilis. *Goth.* Alii etiam ſunt Canones Apoſtolorum, quos dicunt non ab Apoſtolis editos, ſed paulatim a diverſis diverſo tempore collectos, & uno poſtea nomine comprehenſos, excuſ. Tiguri apud Geſner. *Ann.* 1559. *Græce & Latine.* Anſ. 3 Χειροτονοῦσιν. Balſamon hoc caput refert non ad electionem epiſcopi, quæ fiebat a populo per manuum elevationem, ſed ad ordinationem, quæ fit ab Antiſtitibus in eccleſia. 4 De ordinatione presbyteri & clerici. 5 Oblationes ſupra altare ne fiant mellis, lactis, ſiceræ, confectorum, avium, animalium, leguminum. 6 Sicera eſt quidquid ſine vino inebriat. *Balſamon.* 7 De oblationibus vide Duarenum 7. *de benef.* 3. Vigilium 3. *meth. Jur. Pontificii* 13. Oblationem pro defunctis Græci κανίσκια vocant. Balſam. *hic.* 8 Deeſt hujus capitis initium apud Balſamonem. 9 Primitias ἀπαρχὰς τῶν ἄλλων ὀπωρῶν Græci vocant, Paulus ἀκροθίνια & aurea bulla Nicephori. De primitiis vide Duarenum 7. *de beneficiis* 2. Rebuffum *in tract. de decimis, q.* 1. *n.* 17. Vigil. 3. *method. Jur. Pont.* 13. 10 Primitiæ inter quos & a quibus olim dividebantur. 11 Vid. *diſt.* 28. *c. ſi quis. c.* 13. *ſynodi in Trullo.* 12 Κοσμικάς. adde *can.* 80. J. 13 Niſi ceſſet *d. c.* 80. 14 Paſchæ diem nemo cum Judæis celebret ante vernum æquinoctium. Jubet ergo Canon, Paſcha celebrari poſt XIV. lunæ primi menſis, id eſt, Martii. vid. *c.* 76. *Concilii Carthaginenſis*, & *ibid.* Balſamon. 15 De pœna epiſcopi, presbyteri, & diaconi communioni adſtantis, nec tamen communicantis. 16 Hæc verba ſatis indicant hic agi de epiſcopis, presbyteris, diaconis & ſimilibus perſonis communionem offerenti ſacerdoti non communicantibus. Videntur enim recuſantes communionem, offerentem in ſuſpicionem aliquam trahere: huc facit *Can.* 2. *ſynod. Antioch.* 17 Quæ fiunt in ſancta celebratione: Balſamon *c.* 2. *ſynod. Antioch.* negat hoc caput pertinere ad veſpertinas & matutinas laudationes. 18 De laicis precibus & communioni adſtantibus, & ad finem uſque non permanentibus, vid. *d. Can.* 2. *ſynod. Antioch.* 19 Communicationis loco excogitatum fuit ἀντίδωρον, ad eorum utilitatem qui ſanctorum myſteriorum participes eſſe non poſſunt: ut Antidoro de manu ſacerdotis accepto ad finem uſque communionis perſeverarent. Balſam. *ad d. c.* 2. 20 Adde *d. Can.* 2. *in fin.* 21 Excommunicatio Græcis ἀκοινωνησις, ſequeſtratio. 22 *Can.* 14. *ſynod. Sardicenſ. Can.* 9. *ſynod. Carthagin.* colloqui tamen excommunicato nemo prohibetur. Balſam. *hic.* 23 Id eſt, quidpiam clericale & ſacerdotale agenti: & ita Balſamon intelligit. Nam ex eo (inquit) quod quis cum aliquo excommunicato precatus fuerit, non affertur depoſitio, ſed excommunicatio. 24 Ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν. Canonicarum epiſtolarum, aliæ ſunt συστατικαὶ, aliæ εἰρηνικαὶ, ſive ἀπολυτικαί. Συστατικὰ γράμματα, hic & *Can.* 32. J. & *c.* 11. *ſynod. Chalcedonenſ.* & Arriano *in Epicteto* teſtimoniales literæ dicuntur, dantur proprie ſeparatis a communione, ignotis, ſuſpectis, reis poſtulandis quibus abſolutio declaratur: vel apertius συστατικαὶ ſunt probatoriæ, quæ & formales dicuntur, *can.* 23. *ſynod. Carthag.* ut formales epiſtolæ Suetonio in Domitiano *cap.* 13. Quæ εἰρηνικαὶ ſive ἀπολυτικαὶ dicuntur, dantur epiſcopis in comitatum principis, vel clericis in aliam civitatem euntibus. *Chalced. cap.* 11. *Antioch. cap.* 7. *cap.* 8. & *ſext. ſynod. in Trullo cap.* 17. ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι. Quarum uſum frequentem apud Chriſtianos Nazianzenus notat contra Julianum his verbis, ἐν ἐπιστολιμαίοις συνθέμασιν οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρήζοντας παραπέμπομεν. vid. Cujac. *ad Novell. Juſt.* 6. *c.* 3. Gerard. Rodolphum Granienſem *lib. de literis canonicis, formatis, pacificis, commendatitiis, ac dimiſſoriis, quibus in eccleſia primitiva ſancti patres uſi ſunt.* 25 *Can.* 16. *ſynod. Nicæn.* 26 Quo verbo Balſam. tranſlationem quæ fit juſtis de cauſis non intelligit, niſi quis, inquit, vellet reprehendere Gregorium Theologum & alios, qui ex epiſcopatibus tranſlati ſunt in ſedem Conſtantinopolitanam & alias ſedes patriarchales. 27 Quid, ſi cui permittitur ab Imperatore extra ſuam diœceſim σημειοῦσθαι? recte id permitti ait Balſamon. 28 Ejusque dimiſſoriam *can.* 17. *ſynod. in Trull.* 29 Vid. *Can.* 3. *ſynod. Antioch.* 30 Balſamon excipit Conſtantinopolitanum & Carthaginenſem. 31 Cur ita? quia, inquit Balſamon, omnia peccata per baptiſmum eluuntur. 32 Δίγαμος, adde *diſt.* 3. *cap. ſi quis poſt. l.* 3. §. 4. *C. de ſum. Trin.* 33 Παλλακὴν, id eſt, pellicem, ut *Nov.* 137. *cap.* 2. adde Phot. 9. *Nomoc.* 29. 34 Vid. *d. c.* 2. *diſt.* 34. *c. ſi quis viduam.*

18. Qui duas [1] ſorores duxit, aut conſobrinam [2], clericus eſſe non poteſt.

19. [3] Clericus qui ſe fidejuſſorem [4] dat, deponitor.

20. Si quis humana violentia [5] eunuchus factus eſt, aut in perſecutione amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt: efficitor epiſcopus.

21. Qui ſibi [6] ipſi virilia amputavit, clericus [7] non efficitor: ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis cum clericus eſſet, virilia [8] ſibi ipſi amputaverit, deponitor: homicida etenim ſui ipſius eſt.

23. Laicus qui ſeipſum [9] mutilavit, per tres annos a communione ejicitor: puta, quia ipſe vitæ ſuæ poſuit inſidias.

24. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione [10] aut perjurio [11], aut furto deprehenſus, deponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim ſcriptura [12]: Bis [13] de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni conſimiliter & reliqui clerici ſubduntor.

25. Ex [14] his qui cœlibes in clerum pervenerunt jubemus, ut lectores tantum & cantores, ſi velint, nuptias contrahant.

26. Epiſcopum aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles injuriam inferentes percutit [15], & terrorem ipſis per hujusmodi vult incutere, deponi præcipimus: nusquam enim Dominus hoc nos docuit. Imo vero contra, cum ipſe percuteretur, non repercutiebat: cum laceſſeretur conviciis, non regerebat convicium: cum pateretur, non comminabatur.

27. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ob certa crimina juſte depoſitus [16], attingere miniſterium, quod aliquando tractaverat, auſus fuerit: omnino hic ab eccleſia abſcinditor.

28. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, pecuniæ [17] interventu hanc dignitatem nactus fuerit: deponitor tam ipſe, quam qui eum ordinavit, & omnino a communione abſcinditor: quemadmodum Simon [18] Magus a [me] Petro.

29. Si quis epiſcopus ſecularium magiſtratuum familiaritate uſus, per [19] ipſos eccleſiam nactus fuerit: deponitor: ſegregantor quoque a communione, quicumque cum ipſo communionem habent.

30. Si quis presbyter proprium aſpernans epiſcopum, ſeorſim conventicula [20] egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine epiſcopum in pietate, ac juſtitia condemnarit, deponitor: quaſi qui principatum ambiat, tyrannus enim eſt. Conſimiliter & reliqui clerici qui ſuum illi calculum apponunt. Laici vero a communione ſegregantor. Atque hæc poſt unam, & item alteram ac tertiam epiſcopi exhortationem fiunto.

31. Si quis presbyter, aut diaconus, per epiſcopum a communione excluſus ſit; hunc neutiquam ab [21] alio fas eſto ſuſcipi, quam ab eo qui ipſum a communione excluſit: niſi forte fortuna epiſcopus qui ipſum a communione ſegregavit, defunctus ſit.

32. Nemo peregrinorum epiſcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitiis [22] ſuſcipitor literis: & ſi eas obtulerit, attentius in diſquiſitionem vocantor. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiuntor: ſin minus, ubi neceſſaria ipſis ſuppeditaveritis, ad communionem & ulteriorem ipſos conſuetudinem non admittitote, multa enim per obreptionem fiunt.

33. Cujusque gentis epiſcopos oportet ſcire quinam inter ipſos primus [23] ſit, habereque ipſum quodammodo pro capite, neque ſine illius voluntate quidquam agere inſolitum, illa autem ſola quemque pro ſe tractare, quæ ad parochiam ejus, & loca ipſi ſubdita attinent. Sed neque ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in ſancto Spiritu.

34. Epiſcopus extra [24] terminos ſuos in civitatibus & regionibus ſibi non ſubjectis, ordinationes facere non præſumito. Si vero præter voluntatem eorum qui civitates illas aut regiones detinent, id feciſſe convictus fuerit, deponitor tam ipſe, quam etiam hi quos ordinavit.

35. Si quis ordinatus epiſcopus miniſterium & curam populi ſibi commiſſam non [25] ſuſceperit: hic a communione ſejunctus eſto tamdiu, donec ſuſceperit: (*obedientiam accommodans. Similiter autem & presbyter & diaconus.*) Si vero non præ voluntate ſua, ſed præ [26] malitia populi non ſuſceperit, maneto ipſe quidem epiſcopus, clerus vero ejus civitatis a communione ſegregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerit.

36. Bis [27] in anno epiſcoporum celebrator ſynodus, & pietatis inter ſe dogmata in diſquiſitionem vocanto, neque non in eccleſiis incidentes contradictiones dirimunto: ſemel quidem quarta feria Pentecoſtes, ſecundo duodecima Hyperberetæi [28].

37. Omnium [29] rerum eccleſiaſticarum curam epiſcopus gerito, & eas diſpenſato quaſi inſpectante Deo, non licitum autem ei eſto quippiam ex iis ſibi tanquam proprium aſſumere aut cognatis ſuis [30] elargiri, quæ Deo dedicata ſunt. Quod ſi pauperes illi ſint: ut pauperibus ſubminiſtrato, non tamen horum in prætextu res eccleſiæ venundato.

38. Presbyteri & diaconi, abſque [31] voluntate epiſcopi nihil peragunto, ipſius enim fidei populus Domini commiſſus eſt, & pro eorum animabus ab ipſo repetetur ratio.

39. Manifeſtæ [32] ſunto privatæ res epiſcopi, (ſi modo & privatas habet) manifeſtæ item ſunto Dominicæ: ut privatas quidem res epiſcopus, cum moritur quibus vult, & quomodo vult, relinquendi facultatem habeat: neque occaſione eccleſiaſticarum rerum intercidant res epiſcopi, qui nonnunquam uxorem, & liberos, aut cognatos, aut ſervos habet: juſtum eſt enim apud Deum pariter & homines, ſimul ne eccleſia per ignorantiam rerum epiſcopi damni aliquid ſuſtineat, ſimul ne epiſcopus aut cognati ejus prætextu Eccleſiæ oblædantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia ejusque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus [33], ut epiſcopus res eccleſiæ in poteſtate habeat [34]. Nam ſi pretioſæ hominum animæ fidei ejus committendæ ſunt, multo utique magis oportuerit, & de pecuniis mandatum dare, ut illius arbitratu diſpenſentur, neque non cum timore Dei, ſummaque ſollicitudine per presbyteros ac diaconos [35] erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipſe (ſi modo indiget) quantum ad neceſſarios ſuos & hoſpitio exceptorum fratrum uſus opus habet, ne quo modo ipſe poſteriore loco habeatur, quam cæteri. Ordinavit enim lex [36] Dei, ut qui altari inſerviunt [37], de altari nutriantur: quando nec milites unquam ſuis ſtipendiis arma hoſtibus inferant.

41. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus qui vel aleæ [38], vel ebrietatibus [39] indulget: vel deſinito, vel deponitor.

42. Subdiaconus, aut cantor, aut lector qui conſimilia facit, vel deſinito, vel a communione ſejungitor: ſimiliter & laici.

43. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui uſuras [40] a mutuum accipientibus exigit, vel deſinito, vel deponitor.

44. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces [41] conjunxerit, duntaxat a communione ſuſpenditor: Si vero etiam ipſos tanquam clericos aliquid agere permiſerit, deponitor.

45. Epiſcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptiſma, aut ſacrificium ſuſceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conventio inter Chriſtum [42] & Belial? aut quæ particula fideli cum infideli?

46. Epiſcopus, aut presbyter ſi eum qui verum baptiſma habeat, iterum [43] baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit, deponitor: ut qui crucem & mortem Domini derideat, neque diſcernat veros ſacerdotes a ſacerdotibus impoſtoribus.

47. Si quis laicus cum ſuam a ſe uxorem abjicit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam [44], a communione ſegregator.

48. Si quis Epiſcopus aut presbyter ſecundum ordinationem Domini non baptizaverit *in patrem & filium & ſpiritum ſanctum*, *ſed in* [45] *tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos*: deponitor.

49. Si quis Epiſcopus aut presbyter, in una initiatione non tres [46] immerſiones, ſed unam [47] duntaxat quæ in mortem Domini detur, peregerit: deponitor. Non enim dixit Dominus, in mortem meam baptizate: ſed, Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti.

50. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quivis omnino de ſacerdotali conſortio, nuptiis [48], & carnibus & vino [49] abſtinuerit: non [50] propterea quo mens ad cultum pietatis reddatur

1 Vid. *epiſt. Baſilii ad Diodorum, de eo qui duas ſorores duxit in matrimonium:* vide quæ dixi ad *l.* 8. *C. de inceſt. & inutil. nupt.* 2 Ἡ ἀνεψιὰν, quæ Græcis, ἀδελφιδῆ etiam dicitur, adde *l.* 19. *C. de nupt.* 3 Laudatur hic canon ab Harmenop. 4. *tit.* 6. §. 8. & ab eodem viceſimus nominatur. 4 *Nov. Juſt.* 123. *c.* 6. vid. *Novell. Leonis* 86. adde *cap.* 30. *in fin. ſyn. Carthag.* eſt vero apud Harmenopulum *illo loco*, ſic ſcriptum ἐγγύας διδῶσι, hoc eſt, ut ne clericus det ſe fidejuſſorem ſeu fidejubeat pro alio. 5 Vid. Photium 1. *Nomocan.* 14. *Novell. Leonis* 60. *diſt.* 33. *c. Eunuch.* 6 *Can.* 22. 23. *infr. eod. can.* 1. *ſynod. Nicænæ*, vide quæ ſcripſi ad *l.* 4. §. 12. *ff. de re militari.* 7 Sic a Romulo, *teſte Halicarn.* 2. ſacerdotes quidam creati ætate provecti, virtute & genere nobiles & divites, nulla tamen corporis parte carentes: quod & uſitatum Judæis. Hinc Antigonus Hyrcano præcidit aures, ne Pontificatui reſtitueretur iterum. Hegeſippus 1. *de excidio Hieroſol.* Joſephus 14. *antiqu.* & Seneca 4. *Controverſ.* 2. ſacerdos, inquit, integer ſit. Metellus Pontifex cum arderet Veſtæ templum, dum rapit Palladium, oculos perdit, ſacerdotium illi negatur. *Ibid.* ſacerdos non integri corporis, quaſi mali ominis res vitanda eſt. Hoc in victimis notatur, quanto magis in ſacerdotibus? Non ſine ira Deorum debilitatur ſacerdos. Hoc inſtitutum quoque Auguſtus ſervari voluit in ſenatoribus legendis: noluit enim quenquam in ſenatum legi, cui eſſet membrum debile. Dion. *lib.* 54. Mos etiam apud Perſas fuit, ut ne parte aliqua corporis debilem regem crearent. Procop. 1. *perſicân.* mutilos quoque milites haud lectos indicio eſt Valer. 6. *cap.* 3. Ammian. 15. ubi de Murcis. dixi ad *l.* 4. §. 12. *ff. de re milit.* Huc referendum eſt quod de M. Sergio refertur a Plinio 7. *cap.* 18. Is enim in prætura cum ſacris arceretur a collegiis ut debilis, ac dextera manu amiſſa, orationem ſui cauſa habuit. Notandum ſane hoc eſt, quod hic traditur, Caſtrantem ſe ſui ipſius homicidam eſſe & inimicum creationi Dei: ſic voluntas ejus naturæ inimica dicitur *Nov. Leon.* 98. ſed nos hic aliquando plenius de his dicemus. vid. interim Varronem apud Nonium *c.* 2. *in Eunuchare.* 8 Vid. *c.* 21. *ſupr. eod.* 9 *Can.* 21. 10 *diſt.* 50. 11 Vid. *Nov. Leon.* 76. Phot. 13. *Nomoc.* 18. *Baſil. can.* 10. *&c.* 12 *Nahumi* 1. *verſ.* 9. 13 Vid. *l.* 57. *ff. de reg. jur. cap.* 83. *de reg. in* 6. 14 Solis lectoribus & cantoribus poſt ordinationem conceditur uxorem ducere. 15 Vid. *tit. extra. de cler. percuſſor.* 3. *Eclog.* 3. *c.* 13. 16 *Can.* 4. 12. 15. *ſyn. Antioch. c.* 4. *ſyn. Sard.* 6. *quæſt.* 4. *c. Hoſius epiſc. dixit.* 17 *l.* 42. §. 9. *C. de epiſcop. Nov. Juſt.* 123. *c.* 16. & *Nov.* 137. *c.* 2. *in fin. can.* 16. *ſynod. Chalced.* 18 *Act.* 8. *verſ.* 18. 19 *Nov.* 123. *c.* 16. & 137. *c.* 3. *in fin.* 20 Vid. *l.* 15. *C. de epiſc.* 21 Vid. *c.* 12. *ſupr. eod.* 22 Dixi ad *d. c.* 12. *ſupr.* 23 De gradibus epiſcoporum vide *Nov. Juſt.* 137. *c.* 2. 3. 4. 24 *Can.* 13. & 22. *ſyn. Antioch. c. nullum. c. epiſcopum* 9. *q.* 2. 25 *c.* 17. 1. *ſyn. Antioch. diſt.* 92. *c. ſi quis epiſcopus ordinatus.* & *c.* 3. *epiſt. Cyril. ad Dominum.* 26 De epiſcopis qui a ſuis parochiis non ſuſcipiuntur. *c.* 18. *ſynod. Ancyranæ.* 27 *Nov.* 123. *c.* 10. *Nov.* 137. *cap.* 4. *can.* 5. *ſynod. Nicænæ*, *diſt.* 14. *cap. habeatur ſane.* 28 Hyperberetæus, menſis October apud Macedones ultimus: unde & proverbio Hyperberetæus dicitur de ceſſatore. *Suid.* ὑπερβερεταῖος. 29 Vid. *tit. C. de epiſc. aud.* 30 *Nov. Juſt.* 120. *c.* 5. *Nov.* 131. *c.* 13. 31 Presbyteri atque diaconi ſubſunt epiſcopo. 32 12. *quæſt. c. ſint manifeſta c.* 21. *l.* 20. *l.* 34. *C. de epiſcop.* vid. Phot. 10. *Nomocan.* 5. 33 12. *quæſt. cap. præcipimus.* 34 Vid. *act.* 6. *n.* 2. 35 Vide, quæ dixi ad *Nov.* 123. *cap.* 3. 36 1. *Cor.* 9. *verſ.* 13. 37 Ὑπηρετοῦντας. Balſamon legit, προσεδρεύοντας. Paulus dixit ἐργαζομένους 1. *Cor.* 9. *verſ.* 13. 38 Dixi ad *Nov.* 123. *c.* 10. vid. *Nov. Leon.* 87. adde Phot. *Nomocan.* 27. & 13. *c.* 19. *diſt.* 35. *c. epiſc. aut presbyter.* 39 Vid. Phot. 9. *Nomocan.* 35. & *d. c.* 19. adde *c.* 9. *ſynod. in Trullo.* 40 *Can.* 17. *ſynod. Nicænæ.* vid. Phot. 9. *Nomocan.* 27. & *ibi.* Balſamon id ita interpretatur, quaſi non liceat epiſcopis uſuras petere ex pacto, ſed ex mora, vel tanquam intereſſe *can.* 10. *ſyn. in Trullo can.* 5. *ſyn. Carthag.* 41 Vid. *Can.* 10. *ſupr. eod.* adde 2. *Joann. ep. Tit.* 3. *Rom.* 16. *ad Gal.* 1. 42 Beliali cum Chriſto nulla communio. 43 Vid. *tit. C. ne ſanctum baptiſma.* 44 *De conſecrat. d.* 4. *c. ſi quis presbyter.* 45 Baptiſmi formulas obſerva. 46 De trina immerſione in baptiſmo. 47 Una tantum immerſione in domini mortem non eſt baptizandum. 48 1. *Cor.* 7. *verſ.* 5. 49 Ciborum promiſcuus uſus eſt, de quo vide *Luc.* 19. 1. *Cor.* 10. *Coloſſ.* 2. de ciborum certum in finem abſtinentia, vid. 1. *Cor.* 9. *v.* 19. & *cap.* 10. *v.* 23. de tolerandis in eo infirmis vid. *Rom.* 14. *verſ.* 1. 50 1. *Tim.* 5. *v.* 19.

excercitator, ſed propter abominationem[1]: oblitus, quod omnia[2] pulcra valde, & quod maſculum & fœminam Deus creavit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei vocat ad calumniam: aut corrigitor, aut deponitor & ex eccleſia rejicitor. Conſimiliter & laicus.

51. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, eum qui a peccato revertitur[3], non recipit, ſed rejicit: deponitor, eo quod Chriſtum offendat qui dixit, ob unum peccatorem qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cœlo.

52. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus[4] & vino feſtivis diebus non utatur: idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis autor ſit offendiculi.

53. Si quis clericus in caupona[5] cibum capere deprehenſus fuerit: a communione excluditor: excepto tamen eo qui neceſſario in itinere in communi diverſorio hoſpitium.

54. Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor: principi enim populi tui non[6] maledices.

55. Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum: a communione ſegregator.

56. Si quis mancum, aut mutum ſurdumve, aut cæcum, aut eum cui vitioſus[7] inceſſus eſt ſubſannaverit: communione privator, conſimiliter & laicus.

57. Epiſcopus, aut presbyter qui[8] negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione ſegregator. Si vero in ea ſocordia perſeveraverit, deponitor.

58. Si quis Epiſcopus[9], aut presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditaverit, a communione rejicitor: ſin perſeverat, deponitor, ut qui fratrem ſuum necaverit.

59. Si quis falſo inſcriptos impiorum[10] libros, tanquam ſacros in eccleſia ad populi & clerici corruptionem publicaverit, deponitor.

60. Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & convictus[11] fuerit: in clerum non producitor.

61. Si quis clericus per metum[12] humanum, vel Judæi, vel Græci, vel hæretici, negaverit, ſiquidem nomen Chriſti, ab eccleſia rejicitor: ſi vero nomen clerici, deponitor: pœnitentia tamen ductus, ut laicus recipitor.

62. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex ſacerdotali conſortio, comederit carnes in ſanguine[13] animæ ejus, aut a beſtiis[14] abreptum, aut ſuffocatum, deponitor, hoc enim lex prohibuit[15]. Sin vero laicus fuerit, a communione excluditor.

63. Si quis clericus, aut laicus, ſynagogam[16] Judæorum, aut hæreticorum conventiculum ingreſſus fuerit, ut preces[17] cum illis conjungat: deponitor, & a communione ſecluditor.

64. Si quis clericus in concertatione aliquem pulſaverit[18] & uno ictu, ac pulſatione interemerit, deponitor, propter temeritatem ſuam. Sin vero laicus ſit, arcetor a communione.

65. Si quis Dominicum[19] diem, aut Sabbatum[20], uno[21] ſolo dempto jejunare deprehendatur, deponitor: ſin laicus, e communione ejicitor.

66. Si quis virginem ſibi non deſponſatam[22] admota[23] vi detinet: a communione ſuſpenditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto quam ſolicitavit quamvis paupercula ſit.

67. Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſecundam[24] ab aliquo ordinationem ſuſceperit: deponitor tam ipſe, quam qui ipſum ordinavit: niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim a talibus baptizati[25] aut ordinati ſunt, hi neque fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

68. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſacram quadrageſimam[26] Paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſceven non jejunaverit, deponitor: præterquam[27] ſi imbecillitate impediatur corporis: Sin laicus ſit, communione privator.

69. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum conſortio cum Judæis[28] jejunaverit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti, nempe azyma, aut aliud hujus generis, ab eis ſuſceperit, deponitor: ſi laicus, a communione ſegregator.

70. Si quis Chriſtianus oleum[29] ad ſacra gentilium, aut in ſynagogam Judæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit: a communione excluditor.

71. Si quis clericus, aut laicus, ceram, aut oleum ex ſancta ſurripiat eccleſia: a communione ſejungitor.

72. Vas aureum & argenteum ſanctificatum, aut velamen[30] linteumve, nemo amplius in ſuos uſus aſſumito, iniquum enim eſt. Cæterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

73. Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum[31] homines, ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus convictusque fuerit, cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si vero vocatus non obtemperaverit, ſecunda[32] quoque vice vocator, miſſis duobus ad ipſum epiſcopis. Quod ſi per contumaciam[33] ne ſic quidem comparuerit: ſynodus ſuam contra ipſum pronuntiato ſententiam, ne quid tergiverſando detrectandoque judicium lucri facere videatur.

74. In dictionem teſtimonii contra[34] epiſcopum hæreticus[35] non admittitor, ſed neque fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum aut trium teſtium conſiſtet omne dictum.

75. Item non oportet epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu[36]: neque enim eccleſiam Dei conferre debet in heredes. Enimvero ſi quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio: ipſe autem excommunicatione percellitor.

76. Si quis oculo[37] defectus, aut obtuſo crure exiſtat, & dignus ſit, epiſcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

77. Qui vero mutus[38], ſurdusve & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor: non quia obſæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

78. Si quis[39] dæmonem habeat, clericus non efficitor: ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipitor: & ſi dignus fuerit, efficitor.

79. Qui ex vita gentili advenerit, & baptizatus eſt, aut ex converſatione prava: juſtum non eſt eum protinus[40] promoveri in epiſcopum. Injurium enim eſt, cum qui prius[41] non ſpecimen & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorem exiſtere, niſi alicubi dono divinæ gratiæ hoc fiat.

80. Diximus, quod non oportet epiſcopum, aut presbyterum publicis[42] ſe adminiſtrationibus immiſcere: ſed vacare & commodum ſe exhibere uſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus dominis ſervire, juxta præceptum Dominicum.

81. Servi[43] ſi in clerum promoveantur citra dominorum voluntatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando vero ſervus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noſter[44] Oneſimus apparuit, & domini conſenſerint, manuque miſerint, & domo ſua ablegaverint: efficitor.

82. Epiſcopus, aut presbyter aut diaconus qui militiæ[45] vacaverit, & ſimul utrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quam functionem ſacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ Dei, Deo.

83. Quisquis Imperatorem[46], aut Magiſtratum contumelia affecerit, ſupplicium luito, & quidem ſi clericus ſit, deponitor: ſi laicus, a communione removetor.

84. Sunto omnibus vobis, clericis ſimul & laicis, venerandi[47] ac ſacri libri: veteris quidem Teſtamenti, Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Jeſu filii Nave unus, Judicum unus, Ruth unus, Regnorum quatuor, Derelictorum ex libro dierum duo, Heſter unus, De Machabæorum geſtis tres, Job unus: Pſalterium unus: Solomonis tres, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum: Prophetarum duodecim, unus Eſaiæ, Hieremiæ unus, Jezechiel unus, Daniel unus. Inquiritor autem a vobis extrinſecus, ut adoleſcentes veſtri addiſcant, item Sapientiam eruditi Syrach. Noſtra vero, hoc eſt Novi Teſtamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis: Pauli Epiſtolæ quatuordecim, Petri Epiſtolæ duæ, Joannis tres, Jacobi una, Judæ una, Clementis epiſtolæ duæ, & præceptiones quæ vobis epiſcopis per[48] me Clementem in libris octo nuncupatæ ſunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in ſe continent: Et actiones noſtras Apoſtolorum.

1 *Cap.* 52. *infr. eod.* 2 1. *Tim.* 4. *v.* 1. *& ſeq.* ut & quondam Bogomil. Balſam. *hic. Hebr.* 13. 3 Pœnitenti parcitur, *Nov.* 18. *c.* 8. *l. ult. in fin. C. de ſumma Trin. Nov.* 109. *cap.* 1. 2. adde *c.* 8. *Syn. Laod.* adde *can.* 7. *ſyn. Carthag.* 26. *q.* 6. *c. Aurelius.* 4 Vid. *can.* 50. *ſupr. eod.* adde *can.* 14. *Ancyranæ Synodi*, ubi de Bogomilorum jejunio. 5 *Can.* 24. *in fin. ſynod. Laod. &* 42. *ſynod. Carthaginenſ. diſt.* 43. *cap. clerici.* 6 *Exod.* 22. *verſ.* 28. *act. Apoſt.* 23. *verſ.* 5. 7 *Eſdras* 2. *verſ.* 21. adde *can.* 76. *infr.* 8 Canes mutos intelligit, ventres pigros, de quibus vid. *epiſt. ad Tit.* 2. *verſ.* 12. 9 Epiſcopus diſpenſator pauperum. 10 Libri impiorum non legendi, vide Photium 12. *Nomocan.* 3. *& c.* 63. *ſynod. in Trullo.* ubi confictæ martyrum prohibentur hiſtoriæ. adde, quæ ſcripſi ad *l.* 6. §. 1. *C. de hæret.* 11 Criminis alicujus convictus clericus eſſe non poteſt; ſic ad Diaconatum promovendi ἀνέγκλητοι. 1. *Timoth.* 3. *verſ.* 10. eligendus enim epiſcopus ἀνεπίληπτος *ib. verſ.* 2. *l.* 42. *Cod. de epiſc. l.* 34. *Cod. de epiſ. aud. Novell.* 6. *cap.* 1. 12 Negantis nomen Chriſti per metum pœnam obſerva. 13 Carnem in ſanguine animæ ejus comedere vetat hic Canon, id eſt, ſuffocata & morticina. *Levit.* 7. *Actor.* 15. adde quæ dixi ad *Nov. Leon.* 58. *de interd. eſu ſanguinis.* 14 Carnis animalis a beſtiis abrepti ejus interdictus, ut & ſuffocati. 15 *Deut.* 12. *verſ.* 23. 16 Synagogas Judæorum Chriſtus & Apoſtoli ſunt ingreſſi. 17 Adde *Can.* 10. 11. 44. *ſupr. eod.* adde *c.* 51. *ſynod. in Trullo* 28. *quæſt.* 1. *cap. Nullus.* 18 Vid. *Canon.* 26. *ſupr. eod.* vid. Photium 9. *Nomocan.* 26. 19 Dominicus dies reſurrectionis, Dominico die jejunari prohibet ſynodus Gangrenſis *c.* 18. adde *can.* 15. *Petri Alexandrini.* 20 Sabbatho non jejunatur, ne quis Judæos videatur imitari. 21 Sabbathum magnum intelligit, quo Domini corpus exanime in ſepulchro jacuerat. 22 Sponſam alterius rapere non licet: ut nec propriam (licet pauperculam) dimittere, vid. *canon.* 11. *&* 25. *ſynod. Ancyr.* adde *epiſtolam Gregorii Thaumaturgi in princ.* 23 De iis qui gratia matrimonii mulieres rapiunt, vide Photium 9. *Nomoc.* 30. *can.* 93. *ſynod. in Trullo* 17. *ſynod. Chalced.* 36. *quæſt.* 2. *cap. eos qui rapiunt.* 24 Ordinatio epiſcopi, presbyteri, vel diaconi, iterari non debet; ut nec actus legitimi. 25 Adde *canon.* 46. *ſupr.* 26 Quadrageſima ſacra Paſchæ a clericis ſervanda. *ut hic.* vid. *l.* 6. *C. de feriis*, Photium 7. *Nomocan.* 1. *can.* 49. *ſynod. Laod. canon.* 29. 52. 55. 56. 90. *ſynod. in Trull.* 27 Jejunium eccleſiæ imbecillitatis cauſa poteſt omitti, alias omittere non licet, *c.* 19. *ſyn. Carth. diſt.* 30. *c. ſi quis per ſuperb.* 28 Sic jejunare more Judaico, aut cum Judæis non licet, *canon.* 29. *ſynod. Laod.* 29 Oleo utebantur gentiles in templis *l.* 5. §. 12. *ff. de donat. inter vir.* 30 Veli nomine ſeu ὀθόνης quidquid textile eſt, ſignificat. 31 Accuſari ut poſſit Epiſcopus, dixi ad *Novell.* 137. *c.* 3. adde Photium 9. *Nomocan.* 1. 32 Epiſcopi ut fiant contumaces. 33 Contumax epiſcopus damnari poteſt. 34 Quot & qui adverſus epiſcopos teſtificentur, vide Photium 9. *Nomocan.* 2. *canon.* 21. *ſynod. Chalced. can.* 31. *ſynod. Carthag.* 2. *quæſt.* 6. *cap. placuit presbyteris* 2. *quæſt.* 7. *c. clericos.* 35 Hæreticus in epiſcopum teſtis eſſe non debet. 36 Qua in re? εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ὃν βούλεται χειροτονεῖν, ita legit Balſamon, cui convenit *canon* 23. *ſynod. Antioch.* 8. *quæſt.* 5. *cap. epiſcop. non licuit.* 37 Luſcus, ſeu ἑτερόφθαλμος, aut claudus Epiſcopus eſſe poteſt. 38 Mutus, aut ſurdus non poteſt in epiſcopatum eligi. 39 Ὁ δαιμονῶν οὐ κληρῶται *ut hic:* non tamen privatur communione *canon.* 3. *epiſt. Tim. Alex.* 40 Aliud eſt prohiberi νέον fieri epiſcopum: aliud νεόφυτον. Hic enim recenter Chriſtianiſmo complantatur: id eſt de recenti, vel non ita pridem Chriſtianus ex Judæo, vel Pagano factus eſt. Ille, ætate tantum juvenis. 41 Vide quæ dixi ad *Novell.* 137. *cap.* 1. 42 *c.* 6. *ſupr. eod. canon.* 16. *ſynod. Carthagin.* vide Phot. 8. *Nomoc.* 13. *Novell. Leonis* 86. *l.* 52. *Cod. de epiſcop.* 43 De ſervis qui fiunt clerici, vid. *l.* 37. *l.* 38. *Cod. de epiſcop. Novell.* 123. *cap.* 17. adde *Novell. Leon.* 9. 10. 11. vide Phot. 1. *Nomocan.* 36. 44 Poteſt ex hoc loco argumentum duci, hos canones Apoſtolorum eſſe: quod Oneſimi fiat in epiſt. ad Philemonem mentio *verſ.* 10. 45 Vel militaribus communitatibus. *Balſ.* 46 Adde *canon.* 54. *ſupr. eod.* vid. *tit. C. Si quis Imperatori maledixerit:* Photium 9. *Nomocan.* 36. adde 25. *Apoſt. verſ.* 5. 47 Σεβάσμια, καὶ ἅγια βιβλία. 48 Colligere hinc poſſis Clementem horum Canonum autorem fuiſſe: qua de re dicere plenius propter temporis brevitatem ſuperſedeo.

INDEX

CONSULTA USO EXCLUSIVO EN LA SALA

INDEX

CANONUM APOSTOLICORUM

id eſt,

RERUM IN CANONIBUS APOSTOLICIS TRACTATARUM.

A.

Abnegans Chriſti vel clerici nomen per metum 61
Accuſatus & convictus clericus ne fiat 60
Accuſatus Epiſcopus 73
Adminiſtrationibus publicis ne ſe immittat Epiſcopus & presbyter 80
Æquinoctium ante vernum Paſcha cum Judæis non celebrandum 7
Aleator 41. 42
Altare ſeorſim ne quis erigat 30
Altari quæ inferenda 3
Altari ſerviens ex altari nutriendus 40
Ancillæ matrimonium quibus interdictum 17
Animalia in ſacrificiis interdicta 3
Annuæ ſynodi 36
Apocryphi libri 84
Aves in ſacrificiis 3
Azyma a Judæis ſuſcipientis pœna 69

B.

Baptiſmus forma ſua deſtitutus 48. 49
Iteratus 46
Hæretici 45
Beneficia Eccleſiaſtica ſucceſſione ne deferantur 75
a Beſtiis abreptam carnem ex ſacerdotali conſortio ne quis comedito 62
Bigamus 16
Bis de eodem delicto vindicta non exigenda 24

C.

Candelabrum 3
Canones Apoſtolorum per Clementem collecti 84. in fin.
Canonici libri & apocryphi 84
Cantori & lectori nuptiæ permiſſæ 25
Caro non abominanda clericis diebus feſtis 52
Caro in ſanguine aut a beſtiis abrepta vel ſuffocata quibus interdicta 62
Caſtratus 20
Caſtrans ſe 21. 22. 23
Caupona clericis interdicta 53
Ceram ex eccleſia ſurripientis pœna 71
Chriſti & Belialis nulla communio 45
Nomen abnegans per metum 61
Claudo facta injuria 56
Clementis epiſtolæ duæ & præceptiones non publicandæ ob arcana 84. in fin.
Clericus, accuſatus qui eſt vel convictus, ne fiat 60
Carnes abominans 52
Cauponarius 53
Communicatione oblationis abſtinens 8
Depoſitus reus, & ne cum eo preces miſceantur 11
Deſertor vel permutator parochiæ ſuæ 13. 14
Eleemoſyna juvandus ab Epiſc. vel presbytero 58
Excommunicatus ad communionem ne recipiatur 31
Fidejuſſores ne det 19
Injuria adfectus 54. 55
Miles 82
Nomen Clerici abnegans per metum 61
Nuptias abominans 50
Ordinandus ab uno ſaltem Epiſcopo 2
Percuſſor 64
Peregrinus ſine litteris commendatitiis ne recipiatur 32
Vinum abominans 50
Cœco facta injuria 56
Commendatitiæ litteræ, vide litteræ.
Communione in ſancta permaneat fidelis 9
Communio non danda excommunicato clerico 31
Concubinas duas habens 16
Confecta in ſacrificiis ne offerantur 3
Conſobrinam ne quis ducat 18
Conventicula ne quis ingrediatur 63
Seorſim ne quis agat 30
Convictus clericus ne fiat 60
Corporis vitia, quæ impediant promotionem Epiſcopi 76. 77
Curæ ſeculares quibus interdictæ 6

D.

Dæmoniacus 78
Dedicatio templi 37
Depoſitus clericus 27
Cum eo non communicandum 11
Deſertor miniſterii
Parochiæ Epiſcopus vel clericus 13. 14
Diaconus nihil agat ſine Epiſcopi voluntate 38
Ordinetur ab uno ſaltem Epiſcopo 2
Dies dominicus & ne eo jejunetur 65
Feſtus, vide infra feſta.
Paſchatis 7
Pentecoſtes feria quarta 36
Diſpenſatio rerum Eccleſiaſticarum 37. 40
Diviſio primitiarum 4
Divortium injuſtum 47
Religionis prætextu ne fiat 5
Divortio ſeparata quibus non ducenda ſit 17

E.

Ebrius 41. 42
Eccleſiaſticarum rerum diſpenſatio 37. 40
Eleemoſyna clericis præſtanda ab Epiſcopo vel presbytero 58
Epiſcopus accuſatus 73
Adminiſtrationibus publicis ſe immiſcens 80
Corpore vitioſus aut mutilatus 76. 77
Deſertor vel permutator parochiæ ſuæ 13. 14
Injuria adfectus 54. 55
Gradu aliis major vel inferior 33
Negligens in erudiendo populo 57
Ordinandus a tribus vel duobus 1
Patrimonium aliquod resque privatas aliquas habens 39
Peregrinus. & ut ne recipiatur ſine commendatitiis litteris 32
Poteſtatem & inſpectionem habens in presbyteros & diaconos 38
Teſtimoniis quorundam oppreſſus vel opprimendus quemadmodum juvandus ſit 74
Eunuchus 20
Excommunicatus
Communione arcendus 31
Peregrinus ſine commendatitiis litteris non recipiendus 32
Precum communione arcendus 10

F.

Feſta Judæorum & Gentilium nemo obſervet 69. 70
Feſtis diebus carnium vinique uſum nemo averſetur 52
Fidejuſſores ne det Clericus 19
Fœnerator 43
Formula ſua deficiens baptiſmus 49
Fornicator Epiſcopus aut diaconus deponendus, non excommunicandus 24
Frumentum novum in ſacrificiis 3
Fur 24

G.

Gentilium jejunia, feſta, ſacra, templa 69. 70
Gradus inter Epiſcopos 33

H.

Hæreticorum baptiſmus in tres principio carentes vel in tres paracletos 48
Non ſuſcipiendus 46
Hæreticorum ſacrificium non ſuſcipiendum 45
Hæreticis preces non jungendæ 44
Homicidii concertatione admiſſi pœna 64
Honorandus magiſtratus 54. 83
Hoſpitio excipiendi fratres 40

I.

Jejunium dominici diei vel ſabbathi 65
Judæorum & Gentilium 69. 70
Quadrageſimale 68
Ignis uſus in templis ad altare fuit, permittitur enim ad altare admovere oleum in candelabrum & incenſum oblationis tempore 3. 70
Imperatorem contumelia adficiens ſupplicio adficiendus depoſitionis, ſi ſit clericus: excommunicationis, ſi laicus 83
Incenſum 3
Injuria facta Epiſcopo vel clerico, 54. 55
manco, muto, ſurdo, cœco, claudo, 56
Imperatori, magiſtratui 83
Iteratus baptiſmus 46
Iterata ordinatio 67
Judæorum jejunia, feſta, ſacra, templa 69. 70

L.

Lac in ſacrificiis ne offeratur 3
Lapſi pœnitentes recipiendi 51
Lectoribus & cantoribus nuptiæ permiſſæ 25
Legumina in ſacrificiis & ſuper altare ne offerantur 3
Libri Canonici & apocryphi 84
Impiorum in Eccleſia ne legantur 59
Litteræ commendatitiæ neceſſariæ peregrinantibus clericis, Epiſcopis 32
Excommunicatis 12
Loripedi facta injuria vindicetur 56

M.

Magiſtratus honorandus 54. 83
Nec contumelia adficiendus, & eum contumelia adficientis pœna 83
Manco facta injuria 56
Mel in ſacrificiis ne offeratur 3
Menſis Hyperberetæus & in eo ſynodus 36
Meretrix quibus non ducenda 17
Metu abnegans Chriſti vel clerici nomen 61
Militia clericis vitanda 82
Miniſterium populi non deſerendum Epiſc. clerico 3
Mutilans ſe 21. 22. 23

N.

Neophytus protinus ne fiat Epiſcopus 79
Nomen Chriſti vel clerici abnegans per metum 61
Nuptiæ abominandæ non ſunt clericis 50
Lectoribus & cantoribus permiſſæ 25
Conſobrinæ & ſororum duarum prohibitæ 18

Viduæ